

MARINVS MAVROCAENVS³

D U X XXXXIV.

Electus die 13. Iunii 1249. obiit Anno 1252.

S C H E M A V E T V S.

Primiceriatum baculo, Mitraque ornavi.

XLIV.



Arinus Maurocænus, primus eorum, qui novo electionis genere Princeps dictus Reipublicæ, quam ipse Præturis, & Legationibus procuraverat. Annis quatuor Imperium absolvit, sed legibus munivit æternis, Tyrannis domitis, qui undique solium lacerabant. Nutantem Cretam septuaginta quinque Patrum, Civiumque Coloniæ veluti columnæ fulcivit, & Feudi jure Fidem firmavit, restitutis accolarum frequentiæ ædificiis, ut veterem Cydonem in Cydone quereret. Clasicum Romano carente Pontifice in Ecelinum, Patavii tyrannum, Crucem sumpsit, qui ex obscuris natalibus ad Regiam propè electus Majestatem, universam penè Galliam præmebat Cisalpinam, annuente Friderico